



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

263. Concilium de Christo capiendo, & occidendo.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

effudit super caput eius, *Marc. 14. v. 3. re-*
cumbentis. Matth. 26. v. 7. Et domus im-
 plera est ex odore unguenti. *Ioan. 12. v. 3.*

II. Erant autem quidam indignè feren-
 tes intra semetipfos, & dicentes: Vt quid
 perditio ista unguenti facta est? Poterat enim
 unguentum istud vānumdari plus quā
 trecentis denarijs, & dari pauperibus.
 fremebant in eam. *Marc. 14. v. 4. Et 3.*

III. Iesus autem dixit: Sinire eam
 quid illi molesti estis? Bonum opus operatum
 est in me: semper enim pauperes habetis
 vobiscum: & cum volueritis, potestis illis
 benefacere: me autem non semper habetis.
 Quod habuit hæc, fecit: prævenit ungere
 corpus meum in sepulturam. *Marc. 14. v.*
6. 7. 8. Mittens enim hæc unguentum hoc
 in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.
Matth. 26. v. 12.

MEDITATIO CCLXIII

Concilium de Christo capiendo,

Et occidendo.

I. **A**ppropinquabat dies festus Azymorum
 qui dicitur Pascha. *Luc. 22. Genf. 1.*
 Et Iesus dixit discipulis suis: Scitis, quia post
 biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur,
 cur,

D. N. IESU CHRISTI. 245

tur, ut crucifigatur. *Matth. 26. v. 1. Et 26
Marc. 14. v. 1.*

II. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & Scribæ, & seniores populi, in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Gaiphas: & consilium fecerunt, ut IESUM dolo tenerent, & occiderent. *Matth. 26. v. 3. Et 4. Marc. 14. v. 1. Luc. 22. v. 1.*

III. Dicebant autem: Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. *Matth. 26. v. 5. Marc. 14. v. 2.* Timebant enim plebem. *Luc. 22. v. 2.*

MEDITATIO CCLXIV.

De Iuda venditore Christi
mesario.

I. Intravit autem Satanias in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, unum de duodecim. *Luc. 22. v. 3.* Et Iudas Iscariotes, unus de duodecim, abiit ad summos sacerdotes, ut proderet eum illis. *Marc. 14. v. 10. Matth. 26. v. 14.*

II. Et locutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. *Luc. 22. v. 4.* Qui audientes gavisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturus. *Marc. 14. v. 11.* Et pacti

L 3 sunt